

Psalmus responsorius

Ps 33, 2-3. 16-17. 18-19. 20-21. 22-23 (R̄: 9a)

R̄. Gustáte et vidéte quóniam suávis est Dóminus.

² Benedícam Dóminum in omni témpore,
semper laus eius in ore meo.

³ In Dómino gloriábitur ánima mea,
áudiant mansuéli et læténtur. R̄.

¹⁶ Oculi Dómini super iustos,
et aures eius in clamórem eórum.

¹⁷ Vutus autem Dómini super faciéntes mala,
ut perdat de terra memóriam eórum.

¹⁸ Clamavérunt, et Dóminus exaudívit
et ex ómnibus tribulatióibus eórum liberávit eos.

¹⁹ Iuxta est Dóminus iis, qui contríto sunt corde,
et confráctos spírítu salvábit. R̄.

²⁰ Multæ tribulatiónes iustórum,
et de ómnibus his liberábit eos Dóminus.

²¹ Custódit ómnia ossa eórum,
unum ex his non conterétur. R̄.

²² Interficiet peccatórem malítia,
et, qui odérunt iustum, puniéntur.

²³ Rédimet Dóminus ánimas servórum suórum,
et non puniéntur omnes, qui sperant in eo. R̄.